

- 785 Ex hac Græca in Biblia Regia habetur alia translatio in Hebræum, & Syriacum, Syriaco & Hebræo charactere.
- 786 Ea quæ Auerant in dictis exemplaribus sepleta sunt.
- 787 Quis fuit Auctor ex Græca in Syrum.
- 788 Præter tres dictas translationes in Græcum, Hebræicum, & Syriacum dantur alia.
- 789 Referuntur alia Biblia.

784.

Inter varias translationes novi Testamenti, illa est suprema, communis, & valde authentica, quæ est Græca. Totum novum Testamentum lingua Græca primò exaratum est, ut patet ex omnibus eius quætionibus in hac Resolutione, excepto Evangelio Matthæi; ac epistola Pauli ad Hebræos. Et Evangelium Matthæi translatum est ex Hebræo in Græcum, vel ab Apostolo Jacobo, ut existimat D. Athanasius in Synopsi, vel ab Apostolo Joanne ut alii tradunt, vel ab ipso Matthæo, ut alii censent, epistola verò ad Hebræos à B. Luca Græcè fuit donata. Et tandem Evangelium Marci; Et si Romæ fuerit primò Latine scriptum; postea in Aquileia Græcè est datum, ut dixi supra. Unde totius Codex Græcus novi testamenti apostolicos viros habet auctores, & ideo ab Ecclesia in magna veneratione habetur, tanquam secundum omnes suas partes esset originalis.

B. Athanas.

D. Lucas. D. Marcus.

785.

Ex hoc Græco autographo primo est versio Syriaca, seu mystica cum Hebræa corrupta, quam Syriaco Charactere typis Venetæ dedit Alberus Vidmanstadius Cancellarius Ferdinandi Imperatoris, anno 1555. & postea Syriaco, & etiam Hebræo charactere in Biblia Regia habetur; cum interpretatione Latina Guidonis Fabricii Boderiani, qui omnium primus hanc Syram editionem in Latinum convertit, in utraque tamen editione, seu impressione defunt Syriacæ epistola secunda Petri, secunda, & tertia Joannis, & epistola Judæ, & Apocalypsis Joannis. Nam quamvis apud Syros in Biblia Regia, in sine epistola prima Joannis noveretur quod hæc omnia extent, tamen in exemplaribus, quæ sequutus est Vidmanstadius, antiquissimo Codice manu scripto, quo simul cum illis Guido Fabricius usus est, defuerunt.

Vidman.

Guid. Fabr. Bibl. Reg.

785.

Postea verò ea, quæ in dictis exemplaribus deerant, accepta sunt à Maronitis, qui sunt Christiani Catholici, incolæ montis Libani, de quibus agunt noster Discalearius

Maronit.

Philippus à sanctissima Trinitate in suo Inc. Philip. à vario lib. 3. cap. 2. & Rna Controvers. 6. propositione, suppleta sunt, eaque Latine dedit Balthazar Euzelvius.

Quisnam fuit Auctor, qui novum Testamentum ex Græco in Syrum convertit, maxime dubitatur: Syri constanter tenent fuisse D. Marcum, qui postquam Romæ suum Evangelium Latine scripsit, tum ipsum Evangelium, tum etiam ceteros omnes novi Testamenti libros, lingua sua patria, seu Syra asserunt transtulisse; & quod ita à Syris accepisset eum in Oriente multa diligentia, conquireret thesauros linguæ Syriacæ, ac Arabicæ, affirmat Guillelmus Postellus apud Guidonem Fabricium in epistola Dedicatoria ad lectorem, de qua feci mentionem supra Resolut. 4. quæst. 7. num. 498. quæ Epistola est præfixa translationi Latine novi Testamenti, ex lingua Syriaca. Alii id negant, contenduntque hanc translationem factam fuisse ab Apostolis, vel ab Apostolorum discipulis. Verisimilius quod multo post Apostolorum tempora hæc translatio facta fuisset incerto Auctore, cum antiqui Patres, qui sive in Syria Palæstina, sive in Ægypto versati sunt, ejus mentionem non faciunt.

787.

D. Marcus.

Guillelm. Guido.

Præter has tres novi Testamenti Translationes in Græcum, Hebræicum ac Syriacum, ut videre est in Biblia Regia, & Parisiensi magna, sunt etiam alia translationes ipsius novi testamenti.

788.

S. Hesihius Presbyteri Jerosolymitani, & S. Hecckæ Episcopi Ægypti, de quo feci mentionem supra Resolut. 4. quæst. 3. num. 481.

Extat etiam translatio Arabica, & habetur Arabica in Biblia magna Parisiensi, de qua dixi supra quæst. 7. num. 501.

Alia est etiam Æthiopica, quæ est ab Antiquissimo tempore, seu à tempore Apostolorum, ut multi contendunt, de qua tractavi supra citata Resolut. 4. quæst. 8. n. 506. & 607.

789.

Sunt & alia translationes Xanti Pagnini Ordinis Prædicatorum. Alia est etiam Isidori Clari Brixiani; & alia Vatabli, quæ etiam dicitur Biblia Tygurina, eo quod Tyguri edita sit; & alia translatio est etiam Aria Montani in sexto tomo Bibliæ Regiæ, & etiam tam tanus. de his, quam aliis Bibliis feci mentionem dicta Resolut. 4. quæst. 9. & multæ ex his translationibus parum distant à nostra Vulgata, de cujus excellentia, ac auctoritate jam tractavi citata Resolut. 4. quæst. 10. & 11.


Arias Mont.

tanus.



# OPUSCULUM II. EX MULTIS, ET VARIIS CONSULTATIONIBUS.

AC CASIBUS SÆPE OCCURRENTIBUS,  
per aliquas resolutiones dispositum ac digestum.



## RESOLUTIO I.

### De Abbatibus.

#### QUESTIO PRIMA.

Quid significet nomen Abbas, & quid in eo denotetur?

#### SUMMARIUM.

- 1 Abbas Syriacum vocabulum idem est ac Pater.
- 2 Eo primus dictus est Antonius.
- 3 Significat eximium amorem Prælati erga subditos.

Cap. final. Glosa. D. August. D. Chrys. D. Remig. D. Thomas. Marc. 14.

Rom. 8.

Tamburin. Barbofa.

Pelagius. Petr. Greg. Sozomen.

**A**BBAS Syriacum vocabulum, vel Hebræicum, ut alii volunt, idem valet, ac Latine, Pater; cap. finali, de Regularibus. Glosa in Clement. I. de rescriptis. & notantur communiter Sancti Patres D. August. D. Chrysost. D. Remigius; D. Thomas ad cap. 4. epistol. ad Galatas. Aliquando utraque vox simul ponitur. Ut Marc. 14. num. 36. Abba Pater omnia tibi possibilia sunt; idem est, ac si dicatur Pater, Pater; Geminatur vox ad indicandam eximium affectum; ut ibi notavi tom. 5. in Evangel. lib. 8. c. 2. sicut & idem habetur Rom. 8. n. 15. In quo clamamus Abba Pater.

Unde hoc nomine ceperunt uti primi & antiqui Anacoretæ; inter quos primus extitit Magnus Antonius, hoc titulo, inter eos verò, qui in civitatibus Monasteria, & bona possederunt, primus fuisse traditor præclarus & illustrissimus Benedictus, ut advertunt Tamburin. tom. 1. de jure Abbatum, disput. 2. quæst. 2. in fine, Barbofa de jure Ecclesiast. lib. 1. cap. 17. n. 25.

Hoc autem nomine ceperunt uti isti Patres ad indicandum suum eximium amorem erga subditos, qui eos tanquam filios habebant, ac erudiebant, ex quo postea hoc nomine dicti sunt Prælati aliquarum Religionum, maxime Monachalium de quo agunt Pelagius de planctu Ecclesiæ, lib. 2. c. 20. Petr. Greg. lib. 15. synagm. juris, 2. p. c. 13. n. 1. Sozomen. l. 5. c. 10. Sylveira Opuscula.

## QUESTIO II.

Abbates in multiplici sunt differentia.

#### SUMMARIUM.

- 4 Abbates quidam sæculares, quidam Regulares, sæculares in quadruplici differentia.
- 5 Regulares in duplici differentia.

**A**bbates quidam sunt sæculares, quidam regulares, ut in cap. Transmissa ibi Glosa verb. Abbates, de renunt. & in cap. Cum ad Monasterium de statu Monachor. Abbates sæculares sunt in quadruplici differentia. Primò: quidam sunt, qui non solum in clericos, sed etiam in laicos sibi subiectos quasi Pontificalem vel Episcopalem jurisdictionem obtinent, ac pariter pontificalia insignia gestant, utunturque annulo, Mitra, & baculo pastorali, horum dignitas Episcopali proxima consistit. Secundò: alii sunt Abbates prædictis longè inferiores qui nec Episcopalem jurisdictionem habent nec Episcopali dignitate utuntur, & quamvis eorum Abbatie dignitates sint, non tamen proxime Episcopali dignitati accedunt. Tertio: alii sunt Abbates sæculares, qui in quibusdam Cathedralibus Ecclesiis inter cæteras dignitates magnum retinent locum; nulli tamen Collegio præfunt, sed tantum in choro vel aliis actionibus capitularibus quandam præogativam, seu primum locum honorificè habent. Quarto: alii sunt Abbates Commendatarii, qui habent Abbatias non solum in titulum; sed etiam in commendam ad perceptionem fructuum; de quibus Tamburin. tom. 1. de jure Abbatum, disput. 3. quæst. 1. num. 6. & disput. 4. G. Chopin. in Monastic. lib. 1. tit. 1. numer. 14. Rebuff. in praxi tit. secularia beneficia quorund. num. 5. Mendez de Castro in praxi Lusitan. part. 2. lib. 2. cap. 1. nu. 20. de his tamen sæcularibus ad nos tractare non pertinet.

A. C. Transm. Glosa. Cap. cum ad Monast.

Tamburia. Chopin. Rebuff. Mendez.

Abbates regulares de quibus in præfenti est sermo, sunt in duplici differentia; quidam sunt reales, qui actualiter habent subditos, ut Abbates S. Basilii, & S. Benedicti, S. Bernardi, ex his quidam habent majorem, quidam minorem jurisdictionem; majorem ut generales,

L tales,

rales minorum ut Conventuales; alii sunt Abbates non reales, qui actu subditos non habent, vel quia fortasse Monachi locum reliquerunt, vel quia Monasterium est extinctum, vel alio translato, vel alicui seculari Clerico in commendam datum. Ita Abbas conf. 101. in quast. n. 1. Card. Tusch. tit. A. Clem. 3. n. 21. Sylvest. Angelus verb. Pralatus.

Abbas. Tusch. Sylvest. Angel.

QUAESTIO III.

An benedictio sit necessaria Abbatibus, ut suum munus exequantur.

SUMMARIUM.

- 6. Abbatum benedictio non fit unctioe, sed deprecatione.
7. Abbas benedicendus a proprio Episcopo; & si Episcopus renuat, exerceat suum Officium.
8. Haec benedictio potest dari qualibet die.
9. Haec benedictio non reiteratur.
10. Abbates non benedicti gaudent omnibus privilegiis, ac benedicti.
11. Haec benedictio non est essentialis Abbati.

C. Alienat. Suarez. Pont. Rom. Azor.

Castald. Tambur.

C. de sup. C. Conting.

Scipio. Fr. Eman. Miranda. Barbosa.

Sylvest. Angelus.

Gavant. Lezana.

Navar. Ugolin. Suarez.

de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 29. num. 2 & 3. Unde a Sacra Congregatione declaratum est, quod Abbas semel benedictus cum usu birreri, si transferatur ad aliam Abbatiam habentem usum mitrae, non indiget alia benedictione, sed potest per se ipsam mitram capere. Barbosa Collectanea Bullarum verb. Abbas. Barbofa. Navar. in Lucerna Regular. verb. Benedicere, Navar. num. 11.

Abbates non benedicti gaudent omnibus, & singulis honoribus, facultatibus, privilegiis, ac insignibus competentibus Abbatibus benedictis, ac si benedictionis munus fuissent assecuti. Ex indulto Eugenii IV. pro Congregatione S. Justinae, & Julii II. pro Abbatibus Olivetanis, & Pii V. pro Canonici Regularibus. Ita Fr. Emanuel. tom. 1. quast. 12. art. 4. Miranda tom. 1. quast. 38. art. 9. concl. 3. Collector. Privileg. Cister. tit. Abbas. s. 2. & 5. Castald. & alii quos citat & sequitur Barbofa de jure Ecclesiastico. lib. 1. cap. 17. n. 47.

Nam ut notat Tambur. tom. 1. disp. 11. q. 5. n. 3. Haec benedictio non est essentialis, sicut Episcopi consecratio sed tantum inservit ad bene esse, & ad majorem solemnitatem; ex quo deducit ipse n. 4. Cum Card. Imola, Panormitano Filino, quod Abbas ante benedictionem potest uti baculo pastorali, & reliquis Pontificalibus, ac si esset benedictus.

QUAESTIO IV.

Abbates aliquando veniunt nomine Monachi, seu Religiosi, ac etiam nomine Ordinarii.

SUMMARIUM.

- 12. Abbates sunt vere, ac proprie Pralati.
13. Abbates in favorabilibus veniunt nomine Monachi non vero in odiosis, & n. 14.

Abbates sunt vere & proprie Pralati, ut patet ex c. Decernimus, c. Praesenti, de Officio Ord. n. 6. Proindeque ea, quae de aliis Pralatis dicuntur eis competunt. De conditionibus, ac qualitatibus Abbatis dicam cum de Pralatis fuerit sermo, eorum officium erat perpetuum, nunc vero post Trident. triennales habent jurisdictionem quasi Episcopalem erga suos subditos, imo magis qualificatam, quam Provinciales Mendicantium; utuntur signis Pontificalibus Mitra, baculo, & c. Hieronymus Rodriguez Resol. n. 12.

Abbates nomine Monachi, ac Religiosi veniunt in favorabilibus, minimè vero in odiosis, Prima pars inde ostenditur; quia Abbas per Abbatiam non desinit esse Monachus, vel Religiosus, cap. Ex ore, cap. ultimo de Privilegiis, & ibi docent Hostien. D. Antonin. quos citat ac sequitur Panormitanus ibidem num. 2. & duobus sequentibus. Sicut Rector per Rectoratum Scholarium non desinit esse Scholaris: ergo in favorabilibus. nomine Scholaris venit Rector, & etiam nomine Monachi. Abbas. Secunda pars ostenditur: quia Monachus adepta Abbatia retinet conditionem superioris,

10. Eugen. IV. Julius II. Pius V. Fr. Emanu. Miranda.

11. Castald. Barbofa.

12. Hier. Rod.

12. C. Decerni. C. Praesenti.

13. C. Ex ore. Hostien. D. Anton. Panormit.

superioris, ac Pralati super alios Monachos: ergo in odiosis non venit nomine Monachi. Ex Text. in simili. Per c. Statutum. Juncto. q. Licet, Canon de electione, in 6. Ubi declaratur quod nomine Ecclesiae Parochialis in materia odiosa non venit Ecclesia Parochialis, collegiata, quia licet sit etiam Parochialis, insuper retinet illam conditionem collegii, Navar. lib. 3. Consil. tit. de Regular. consil. 79. dub. 15. Sanchez in decalog. lib. 6. cap. 8. n. 84. Valenzuel consil. 74. num. 59. Portel. verb. Abbas, n. 5. Naldus in sum. verb. Abbas, in 1. Ex quo nota, quod excommunicatio, in Monachos, non comprehendit Abbatem, nisi id ex verbis superioris constet.

C. Statut. C. Licet.

Navar.

Sanchez. Valenzuel. Portel. Naldus.

14.

Sylvest. Navar. Saomez.

Nomine Ordinarii comprehenduntur etiam possunt Abbates: alique Pralati, qui habent jurisdictionem ordinariam ex vi sui Officii, ac proinde cum in aliquo juris loco quidquam ordinarii committitur, vel de ordinarii est sermo, nisi aliud requiratur subjecta materia, tunc non tantum ad Episcopos, sed etiam ad Abbates ceterosque Pralatos jurisdictionem ordinariam habentes per respectum ad suos subditos id extenditur. Sylvest. verb. Excommunicatio, q. casu 47. n. 92. Navar. lib. 4. Consil. in 2. editione. Sanchez de matrimonio, lib. 3. disp. 29. num.

ca: ob extensas manicas, quas habet, pietatis liberalitatem denotat. Chirotheca: Sanctorum exempla adumbrant, quae in manibus, seu operibus manifestanda sunt. Crux pectoralis: Christi passionem in corde, in qua adinstar Pauli mundo crucifixus sit. Ad Galatas 6. num. 14.

Mitra triplex est species, una, quae pretiosa dicitur, quia gemmis, & lapidibus pretiosis, vel laminis aureis, aut argenteis contexta esse solet. Secunda. Aurifrigiata, sine gemmis, sine laminis aureis, vel argenteis, sed aliquibus parvis margaritis, composita ex serico albo, auro inermixto, vel ex tela aurea simplici, sine laminis, & margaritis. Tertia, quae simplex, vocatur, sine auro & gemmis, simplici damasco, vel alio, aut etiam linca, ex tela alba confecta rubeis laciniis, seu franciis, & vittis pendentibus. Ita habetur ex Caremon. Episcop. lib. 1. c. 17. Castald. in praxi Caremon. lib. 1. sect. 5. Episc. cap. 4. n. 5. Ex his tribus mitris, Abbates illa tantum uti debent, & non alterius speciei, quod eis a Sede Apostolica conceditur. Navar. in Lucerna Regular. verb. Mitra, n. 1. Proindeque uniuscujusque Abbatis privilegium constitutum, ut monet Mich. Leo. in speculo sacrarum Caremon. verb. Abbas, s. Abbatibus vestes, verb. Mitra Abbatibus.

Ad Gal 6. 17.

Caremon. Episc. Castald. Navar.

Mich. Leo.

18.

Baculus pastoralis Abbatis ornandus est sudario ad differentiam baculi Episcopalis. Gavant. Stephan. Durand. Prove. num. 8. Annulus habet Gemmam, in ea tamen nihil scriptum sit. Stephan. Durand. lib. 2. de Riibus, cap. 9. Prove. libro tertio, de sacra suppellectili.

Ufus Baldachini quo stuantur Episcopi, de se non est debitus Abbati, nisi ex peculiari privilegio concedatur, ut ex quadam declaratione Sacrae Congregationis constat; quam refert Barbofa de officio Episcop. allegazione 8. n. 18. & de facto eo uti possunt Abbates Olivetani, Cassinenses, & Coelestini, sed tribus tantum festivitibus, idque ex privilegio ipsi concessio, quod refert Gavant. in manuali verb. Abbas, num. 6. Quod etiam a S. Congregatione Rituum fuit extensum ad Caonicos Regulares S. Salvatoris, ut refert Pellizar tom. 2. tr. 8. cap. 5. n. 93. & cum haec concessio sit tantum ad tres festivitates, & tales festivitates non determinentur, has potest pro sua voluntate eligere Abbas.

Barbofa.

Gavant.

Pellizar.

19.

QUAESTIO V.

Abbates Regulares uti possunt insignibus Pontificalibus; & quanam haec sunt.

SUMMARIUM.

- 15. Abbates multi utuntur signis Pontificalibus.
16. Quid significant signa Pontificalia.
17. Mitra triplex species.
18. Baculus Abbatis cum sudario componendus.
19. Usus Baldachini non debetur Abbatibus.

15. Barbofa.

16. Hier. Rod. Mich.

17. Durand.

Multi sunt Abbates Regulares, quos ad octo ordines, ac titulos refert Barbofa de jure Ecclesiastico, lib. 1. cap. 17. num. 55. Qui uti possunt Pontificalibus insignibus. Haec autem Pontificalia insignia sunt Mitra, Baculus pastoralis, Annulus, Sandalia, Tunicella, Dalmatica, Chirotheca, Crux pastoralis. Ita Hieronymus Moscon. tract. de magnitud. Militantis. Eccles. p. 1. lib. 1. cap. 8. vers. Ornamenta; & Mich. Leo Eiten. in speculo sacrarum Carem. verb. Abbas, s. Abbatibus vestes.

Quidam ex Durando in suo Ratio. divin. Offic. lib. 3. c. 13. Notant, quod, Mitra, significat Christi coronam spineam, vel ut alii volunt propter duo cornua, quae habet, duo testamenta, vel duo charitatis praecepta, quibus Pralatus debet repleti. Baculus Pastoralis, denotat potestatem jurisdictionis in subditos, vel in eos Virgata vigilantiem. Annulus: signum spiritualis matrimonii Pralati cum sua Ecclesia. Sandalia: praeparationem ad ambulandum pro praedicatione Evangelica, ac suorum salute. Tunicella: virtutes animae significat, quibus cum perseverantia debet esse undique praerectus, ac indutus. Dalmatica. Sylveira Opuscula.

QUAESTIO VI.

In quibus locis Abbates possunt uti signis Pontificalibus?

SUMMARIUM.

- 20. Abbates in quibus Ecclesiis usum Pontificalium habeant.
21. Abbas non potest indui in altari, nisi dum celebrat.
22. Multa alia cir ea benedictionem Abbatis. Vide, Benedicere.

Abbates, quibus usus Pontificalium conceditur, hunc tantum habent in suis Ecclesiis,

20. Gal. IV.